



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Bernardi Primi Clarævallensis Abbatis, Ordinis  
Cisterciensium Antesignani, melliflui Ecclesiæ Doctoris  
Sermones In Dominicis & Festa per annum**

**Bernardus <Claraevallensis>**

LXXXI. De laudatione Dei in ore peccatoris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39254**

Unitas socialis inter angelos, quibus omnimodis idem velle est, idem nosse.  
Unitas personalis in Christo. Unitas principalis, quæ & substantialis est in  
Trinitate.

Bonum & ju-  
cundum quo-  
modo invenian-  
tur in rebus.

Ad utrumque  
obtinendum  
quid requira-  
tur.

Puſillanimes  
relinquunt pro-  
poſitum, leves  
mutant.

*Ecce quam bonum & quam jucundum.* Sunt quædam bona jucunda ;  
sunt quædam nec bona nec jucunda. Sunt quædam bona & non jucunda,  
sunt quædam jucunda & non bona. De bonis & non jucundis pervenitur  
ad bona & jucunda. De jucundis & non bonis pervenitur ad non bona &  
non jucunda. Bona & non jucunda sunt continentia, patientia, disciplina.  
Jucunda & non bona, voluptas, curiositas & vanitas. Nec bona nec jucun-  
da, invidia, tristitia, acedia. Bona jucunda, honestas, charitas & puritas.  
Ad hoc bonum & jucundum obtinendum, necessaria est unitas virtualis, &  
unitas mortalis. Primam disturbant puſillanimitas & levitas. Puſillanimitas  
facit propositum relinquere, levitas mutare. Alteram obstinatio, suspicio &  
simulatio disturbant. Obstinatio non recipit proximum, suspicio non cre-  
dit proximo, simulatio non se jungit proximo. Spes æternorum expellit  
puſillanimitatem, humilis obedientia levitatem. Obstinatio humilitate,  
suspicio & simulatio charitate pelluntur.

## S E R M O LXXXI.

De laudatione Dei in ore peccatoris.

\* Eccl. 15. c

Laus in ore pec-  
catoris quomodo  
sit aut non sit  
speciosa.

Simile.

**N**on est speciosa laus in ore peccatoris <sup>a</sup>. Etiam quæ est in ore peccatoris  
pœnitentis, non videtur speciosa : quia adhuc de peccati recordatio-  
ne & memoria confusionem patitur, & frequenter inde compungitur. Sed  
tamen in eo est utilis & fructuosa confessio, etsi non speciosa decoraque lau-  
datio. Postquam verò de beneficiis Dei proficiens adhæret divinæ laudi,  
& in ea assidue delectatur & proficit, ita ut nihil aliud placeat ei : tunc in  
ore eius est speciosa laus Dei, ad similitudinem agricolæ, qui dum stercoret  
agrum suum, totus in luto est & stercoreibus, & non est pulcher labor eius,  
etsi sit fructuosus : sed quando colligit manipulos segetis, tunc labor est  
speciosus & dulcis.

## S E R M O LXXXIII.

De diligenti custodia cordis.

<sup>a</sup> Prov. 4. d  
<sup>b</sup> Rom. 10. c  
<sup>c</sup> Rom. 1. b  
<sup>d</sup> Matth. 5. a  
<sup>e</sup> Ioan. 17. a  
<sup>f</sup> Ephes. 3. c  
<sup>g</sup> Coloss. 3. a

**O**mni custodia serva cor tuum, quia ex ipso vita procedit <sup>a</sup>. Duobus autem  
modis vita à corde procedit. Aut quia corde creditur ad justitiam <sup>b</sup>,  
justus ex fide vivit <sup>c</sup>; & fide mandatur cor <sup>d</sup>; & mundo corde Deus videtur <sup>d</sup>,  
id est, agnoscitur <sup>e</sup>; & hæc est vita æterna, ut cognoscant te unum Deum,  
& quem misisti JESUM Christum <sup>e</sup> : aut quia Christus vita nostra, qui  
nunc per fidem habitat in cordibus nostris <sup>f</sup>, erit cum apparebit, & nos  
cum ipso apparebimus in gloria <sup>g</sup>; & qui nunc latet in corde, tunc quasi  
de